Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium quartum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

Dubium Quartum
Quid sint Materia Qualitas et Quantitas Propositionis Categoricae

Mãa ppõis categcae ē ordo seu habitudo pdicati et subiecti. v.g. in hac ppõe. Petrus ē hõ, mãa eius ē ordo, seu modus ille quo praedicatum illud hõ, se hẽt ad Petrũ tanquam ad complētum illius ẽẽria. Iuxta triplicẽ modum quo pdicatũ pt cōparari ad subiectũ, triplex cõter assignari solet mãa. Aliã Naturalis, Aliã Contingens, et aliã Remota. — Mãa quid sit? — 3plex mãa. Naatis. Contingens. et Remota.

Naatis ē, in qua pdicatum ē de ẽẽria subiecti vel ppria eius passio; ut istæ v.g. ppões, hõ ē ait. hõ ē risibilis. Unde in mãa naati, ea illa pdicata natr illis subiectis debent, unũ tanquam eius ẽẽria et aliud tanquam natis eius passio. Huc reducunt oẽs ipsæ ppões in qbus licet pdicatum non sit de ẽẽria subiecti, neque illius passio, debet tn subiecto, tanquam qd natr cum ipso connecti. Ut hæc ppõ. mãa ē informata aliqua forma reducitur ad mãam naatem; ẽẽe n. mãam informatam aliqua forma ē ipsi cōnatr debitũ: nec n. pt ẽẽe conati modo mãa, absq. aliqua forma substantiali ut in phis ca dicemus. — 1a. Naatis.

Materia Contingens vocatur illa, in qua pdicatum contingenter convenit subiecto, tanquam quid ab eius ẽẽria, vel naa extraneum; v.g. hæc ppõ. hõ ē albus. ē in mãa contingenti, qa albedo tanquam pdicatum extraneum, poti, nec ẽẽte, nec cum ẽẽriis connexum convenit hõi. — 2a. Contingens.

Illa denum ppõ ē in mãa Remota in qua pdicatum repugnat subiecto, ut v.g. istæ ppões — 3a. Remota.

hõ ē

hoc est lapis; Petrus est equus. substantia est accidens
et alia similes.
Diversa materia propositionum potest dignosci si quis attente
consideret extrema propositionis inter se. 2°. si diligenter
attendatur quamnam rationem praedicatum se habeat
ad subiectum. Ex quo colligitur quod si subiectum
et praedicatum fuerint eadem, eadem erit materia pro-
positionis; dummodo quantitas et qualitas propositionis va-
rietur. hoc est, modo propositio fiat universalis, vel
particularis, modo affirmativa vel negativa, vera
vel falsa. Unde sequentes propositiones sunt in materia
naturali, homo est animal; homo non est animal. quia extrema in
his propositionibus sunt eadem, et animal convenit necessario
et natura homini, licet in illis varietur quantitas
et qualitas. Aliud erit si extrema mutentur.
v.g. homo est animal, homo est omne animal. ista propositio est in materia
naturali. 2a vero in materia remota. quia non manent
eadem extrema, ille n. terminus syncategorematicus
omnis, est pars praedicati in una et non in altera.
Ex dictis infertur non esse idem propositionem ali-
quam esse necessariam et esse in materia naturali: acci-
dentalem et in materia contingenti: impossibi-
lem et in materia remota. Nam haec propositio
homo non est equus. est necessaria et tamen non est in materia
naturali sed remota. illud n. praedicatum, equus, repug-
nat homini, qui est subiectum in ista propositione. haec etiam propositio
homo non est animal est impossibilis et tamen est in materia
naturali: similiter haec. homo est visibilis, est acciden-
talis et tamen non est in materia contingenti sed naturali
similiter haec: homo non est lapis. est necessaria, et tamen
est in materia remota.
Nec obstat illud certum dialecticorum axioma, omnem
scilicet: necessariam propositionem esse in materia naturali. Con-
tingentem vero, seu accidentalem in materia
contingenti; impossibilem in materia remota.
quod axioma absolute prolatum non est verum
sed debet in propositionibus affirmativis tantum intelligi. In his

n. nece

n. verū ē q̄ quam necessariam esse in mat̄a nāli; accidentalem in mat̄a contingenti; impossibilem in mat̄a remota.

Quaeres An ista prop̄o, DEVS ē homo. sit in mat̄a nāli vel contingenti.

R. cum distinctione. Si n. illius subiectū, DEVS. accipiatur pro composito, ex natura divina et humana, sc. pro Christo Dño; tunc illa prop̄o ē in mat̄a nāli. Nam illud prādicatum, homo, ē de essentia subiecti; ergo erit prop̄o in mat̄a nāli. Conseq. patet ex dictis. Si vero subiectū illius DEVS sc: sumatur pro verbo divino, sustentante naturam humanam, tunc ista prop̄o in rigore dialectico ē in mat̄a contingente. Probatur hoc. Illa prop̄o ē in mat̄a contingenti in qua prādicatum pot abesse et adesse, absq. subiecti corruptione. Sed esse hominem pot [illegible] abesse vel adesse Deo, absq. eius corruptione. ergo illa prop̄o Deus ē ho, ē in mat̄a contingenti. Prob. min: Deus ab aeterno extitit, et non fuit ho; ergo Deo non convenit necessario q sit ho; sed contingenter. Et sic prop̄o illa erit in mat̄a contingenti.

Quantitas prop̄onis ē accidens quoddam prop̄onis ratione subiecti per illud extensi aut limitati conveniens. Et volunt quantitas qua limitatur seu extendit subiectū prop̄onis ad modū Physicae quantitatis, ratione cuius ipsum subiectū prop̄onis pro pluribus vel paucioribus vel pro uno tm accipitur. Et ratione hanc quantitatem dividitur prop̄o in Universalem, Particularem, Indefinitam et Singularem. — Def̄o Quantitatis.

Prop̄o quota.

Prop̄o Univ̄lis ē illa in qua subiectum afficitur signo universali. ut v.g: Omnis homo ē albus. ē prop̄o universalis qa eius subiectū afficitur signo universali. Signa a. universalia sunt haec: Ois. Nullus. Quilibet. Quivis. Neuter. &c: — Universalis

Prop̄o

Particularis. Propositio Particularis est illa cuius subiectum seu terminus communis signo particulari determinatus, ut haec, aliquis homo currit.
Signa particularia sunt. Quidam. Aliquis. Alter et alia similia.

Indefinita Propositio Indefinita est illa in qua subiicitur terminus communis nullo signo nec universali nec particulari, nec demonstrativo affectus. ut haec. homo doctus.

Singularis. Propositio Singularis est illa in qua subiectum est terminus singularis, vel et terminus communis, aliquo tum syncategoremate singularisante determinatus ut istae propositiones. Petrus est sanctus. hic equus currit. sunt propositiones singulares.
Omnis ergo propositio aut est de subiecto singulari: et tunc est singularis; aut est de subiecto communi et tunc si subiectum nullo signo determinetur est indefinita.
Si vero distribuitur per signum universale, et tunc est universalis. Si autem limitetur signo aliquo particulari, est propositio particularis.

Definitio Qualitatis. Qualitas propositionis est accidens quoddam conveniens propositioni ratione unionis praedicati cum subiecto, qua ratione affirmatio vel negatio veritas aut falsitas sunt qualitates propositionis, quia conveniunt ipsi ratione unionis praedicati cum subiecto. Si enim praedicatum uniatur subiecto affirmative vel negative propositio erit aut affirmativa aut negativa. Si vero uniatur vere vel falso, propositio erit vera vel falsa; et iuxta hanc qualitatem dividitur propositio categorica in affirmativam et negativam, veram et falsam.

Propositio affirmativa. Propositio affirmativa est illa, in qua praedicatum affirmatur de subiecto, ut, cum dico, homo est animal est propositio affirmativa, quia praedicatum quod est animal affirmatur de subiecto quod est homo.

Propositio Negativa. Propositio vero negativa est illa, in qua praedicatum negatur de subiecto; ut cum dico, homo non est lapis est propositio negativa quia praedicatum quod est lapis negatur de sub

subiecto, homo sc: Item iuxta hanc qualita-
tem diuiditur propositio categorica in ueram aut falsam.
Propositio uera est illa quae est conformis suo obiecto
ut homo est animal, est propositio uera, quia conformatur suo
obiecto

Propositio uera uel falsa.

Propositio falsa est illa, quae est difformis suo obiecto
ut homo est lapis, est propositio falsa, quia dissonat cum suo
obiecto. Quid sit autem conformari aut non con-
formari suo obiecto; et consequenter quid sit
propositionem esse ueram uel falsam. Vide ex dubio
10, 2ae partis ubi de essentia propositionis in com. dictum.
Propositio uera aut est necessaria, aut contingens,
falsa, aut est impossibilis aut contingens. quid
uero propositionem esse necessariam, contingentem
aut impossibilem parum dictum est.
Circa dicta monet quaestio an illa et de propositionibus hypotheticis
affirmari possint?
Dubio An sicut categorica habet propriam materiam quantita-
tem et qualitatem. Ita propositio hypothetica ea sibi et uendi-
cet.

Quaestio an sicut propositio hypothetica habeat materiam, quan-
titatem et qualitatem sicut habet propositio categorica?

Resp.
Materiam esse eandem in hypotheticis, quae in categoricis.

De Materia tenendum est certo, quod illa in hypotheticis depro-
menda sit ex categoricis. et ratio huius est. Nam materia
est habitudo praedicati et subiecti. Sed hypotheticae propositiones
non habent aliam habitudinem quam categoricae ex
quibus componuntur ergo materia illarum ex categoricis depro-
menda erit.

Propositio hypothetica habet quantitatem aliam sed non proprie.

De Quantitate maior est difficultas an aliter mutuatam
a categoricis habeant hypotheticae propositiones propriam. Certum est,
illas habere quantitatem categoricam, sed aliter
hanc assignant quidam illis propriam quantitatem,
sed non proprie uocari debet ~~quantitas~~ quantitas, cum
illae propositiones hypotheticae, quatenus hypotheticae, non ha-
beant signum uniuersalitatis uel particularitatis
distribuentia, uel determinantia
Demum de Qualitate certum sit, hypotheticas propositiones
habere propriam qualitatem, ita quod sint affirmativae uel
negativae, uerae uel falsae, non quod affirmationem mutuati
a categoricis, sed quod propriam. Et idem dices
de

de aliis qualitatibus.
Tunc vero propositio hypothetica est affirmativa quando eius copula principalis affirmat; negativa quando negat.
Quin sit autem copula principalis hypotheticae, disjunctiva. 10
Exemplum 1a. Petrus disputat et Amandus sedet. — *Copula principalis quae sit. vide pag: 1.25.*
2a. Non Petrus disputat et Amandus sedet.
Ubi adverte quod ut propositio hypothetica sit negativa, debet negatio adverbialis poni in principio totius propositionis, ut patet in allato exemplo. Non autem negativa sit negatio ponatur in medio propositionis categoricae ut haec, Petrus non disputat et Amandus ambulat non est negativa, sed affirmativa. — *Negatio in hypothetica quantitate in principio ponenda.*
Dictum et adverbialis, nam si esset adjectivum quoddam, non efficiet propositio hypothetica negativa. Ut haec. nullus homo est equus et leo est animal. non est negativa sed affirmativa. — *Copula adverbialis in hypothetica negativa quam necessaria.*
Propositionis hypotheticae tres sunt species. scilicet: Conditionalis. Copulativa. Disjunctiva. — *Species propositionis hypotheticae tres.*
Propositio hypothetica conditionalis est illa cuius partes uniuntur hac particula (: Si :) illative sumpta. ut. si homo est, animal est, si Petrus volaret, haberet alas. — *1a. Conditionalis. Si. illative.*
Circa hanc conditionalem Nota 1o. Quod illa particula, si, potest dupliciter accipi, 1o. Interrogative. ut v.g. si vivit adhuc pater meus? — *Nota 1o.* *Excluditur Si, interrogative.*
2o. Illative, seu conditionaliter; et in hoc sensu est unio propositionis, hypotheticae conditionalis. Sunt et alii sensus huius particulae, sed parum ad propositum. Nota 2o. Quod ut haec conditionalis vera sit, requiritur ut una propositio categorica per bonam consequentiam inferatur ex altera. — *Nota 2o.*
Sive tales propositiones verae sint sive falsae. ut v.g. si Petrus est homo, Petrus est animal. Cursus si Petrus est lapis, Petrus est durus. Unde illa propositio hypothetica conditionalis erit falsa, in qua consequens non infertur ex antecedenti, ut si dicat. si Petrus est homo

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

ē ho, Paulus dormit. Inferunt alij et rectè: q propositio conditionalis vera, sit necessaria. patet hoc. nam si vera ē, posito antecedente, non potest non poni consequens. ergo ē necessaria.

Propositio conditionalis debet esse vera, et necessaria.

Propositio hypothetica Copulativa ē illa quae componitur ex pluribus categoricis particula aliqua copulativa, copulativè sumpta unitis. v.g. et. atque. ac. &: ut haec. Petrus disputat, et Paulus loquitur. Nota quod ut haec propositio vera sit, requiritur ut ambae partes eius componentes sint verae. ut in exemplo allato patet. Nam ut illa propositio vera sit, petitur ut Petrus disputet et Paulus loquatur, quia sensus eius ē q ista duo simul sint et stent; nempe disputatio Petri et locutio Pauli. ē contra ut sit falsa sat est si una pars eius sit falsa, ut una haec: Deus ē trinus; et homo ē asinus. [illegible] sam.

2a. Copulativa.

Propositio hypothetica disiunctiva ē illa, cuius partes uniuntur aliqua particula disiunctiva, disiunctivè sumpta. quales particulae sunt. Vel. aut. &: Ad veritatem huius quod petitur q ad minus una pars vera sit: ut una haec; Petrus ē homo, vel Paulus ē lapis. haec propositio vera ē, quia saltem ad minus una pars ex iis vera ē. [illegible] q Petrus sit homo. Quaerunt alij hic quid utraque pars eius. utrum tunc propositio disiunctiva sit vera [illegible] Resp: quod sit vera rigorose loquendo. ut una haec. Petrus ē homo, vel Paulus ē doctus.

3a. Disiunctiva.

Et haec de propositionibus hypotheticis.

Die 30. Decemb:

Dub: 5.